

**372** pro salute et | reditu imp. Antonini Aug., Faustinae | Aug., liberorumque | eorum, aram sanctae | Isdi (*sic*), numini Sarapis, | sancto Silvano, Larib., | C. Pomponius | Turpilianus, | proc. ad oleum in Galbae<sup>1</sup> | Ostiae portus utriusque, d. d.

*Ostiae rep. (XIV 20). — Titulus positus a. 175, cum M. Aurelius cum uxore et filio (cf. vit. Comm. 2, 5) in Oriente degeret, ante mortem Faustinae. — 1) Supple: horreis.*

**373** imp. Caesari | M. Aurel. Antonino | Aug. Armen. Medic. Parth. | German. Sarmat.<sup>1</sup> maxim., | trib. potest. XXX<sup>2</sup>, | imp. VIII, cos. III, p. p., | trib. leg. II Tr. fort.

*Alexandreae Aegypti (III S. 6378). — 1) Insere pontif. omissum a quadratario. Sarmaticus appellatus est Marcus a. 175 (Eckhel 7, 62). — 2) Dec. 175/6. — Titulus positus a tribunis legionis secundae Traianae Fortis, Alexandriae castra habentis, M. Aurelio, quem anno 176 post motum Cassianum in Aegyptum venisse rerum scriptores tradiderunt (Mo.).*

**374** s. p. q. R. imp. Caes. divi Antonini fil., divi Veri Parth. max. fratri, divi Hadriani nep., divi Traiani Parth. [pro]nep., divi Nervae abnep. M. Aurelio Antonino Aug. Germ. Sarm., pontif. maxim., tribunic. pot. XXX<sup>1</sup>, imp. VIII, cos. III, p. p., quod omnes omnium ante se maximorum imperatorum glorias supergressus, bellicosissimis gentibus deletis aut subactis

.....  
*Romae in Capitolio, semel descripta ante saec. IX, quod exemplum servavit vetus codex Einsidensis et ex simili codice Poggiius (VI 1014). — 1) Dec. 175/6.*

**375** imp. Caesar M. Aurelius | Antoninus Aug. | Germanicus Sarmat. et | imp. Caesar L. Aurelius | Commodus Aug. | Germanicus Sarmatic.<sup>1</sup> | hos lapides constitui iusserunt<sup>2</sup> | propter controversias quae | inter mercatores et mancipes | ortae erant, uti finem | demonstrarent vectigali foriculiari<sup>3</sup> et<sup>4</sup> ansarii<sup>5</sup> | promercalium secundum | veterem legem semel dum-| taxat exigundo.

*Romae, olim in aedibus privatis, nunc in villa Albania nescio quo loco rep. (VI 1016 a). Similiter inscriptus lapis sed mutilus in fine, repertus est prope moenia urbis Romae pone basilicam Lateranensem (eph. 4, 787), alii duo descripti reperiuntur iam in codice Einsidensi saeculi noni vel decimi, descripti alter 'in via Salaria', alter 'ante portam Flaminiam in via' (VI 1016 b. c.); unde verisimile fit alios similes lapides stetisse etiam ad alias vias circa urbem Romam. Lapides positi sunt inter annum 177, quo Commodus Augustus dictus est, et a. 180, quo Marcus decessit. — 1) In exemplo Lateranensi verba et imp. Caesar L. Aurelius Commodus Aug. Germ. Sarm. erasa sunt, idem fuisse in exemplo viae Salariae appareat ex apographo Einsidensi, in utroque vocabulum iusserunt mutatum est in iussit. In exemplo autem portae Flaminiae vocabulis illis erasis substituta erant haec: et M. Aurelius Severus Alexander Pius Felix Aug.; videtur aliquis sub finem imperii Elagabali vel imperante Alexandro huic titulo formam dare voluisse constitutionis datae ab Elagabalo et Alexandro Augustis, quos simul per aliquod tempus imperasse docet N. 475 (Mo.). — 2) maxime addit exemplum portae Flaminiae. — 3) foriculari (pro foriculari-) apographa Einsidensia exemplorum illorum deperditorum. — 4) te lapis villae Albaniæ, errore*